



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 105. Literacensis Episcopi obitus, Gallorumque cavillatio contra
Septimum Canonem de Sacramento Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

ligionem spectantium caussa in Oecumē- Sæcul XVI.
nica Synodo ageretur. A.C. 1562.

§. CV.

*Literacensis Episcopi obitus, Gallo-
rumque cavillatio contra septimum
Canonem de Sacramento
Ordinis.*

Mense Octobri ad finem vergente Tri-
denti Joannes Antonius Pantufa
Cofentinus, in Neapolis Regno Lite-
racensis Episcopus, ac Amalphitani e-
piscopatus Suffraganeus naturæ debi-
tum solvit, cui exequiæ merito, ac
tanti Præsulis dignitati convenientes
de more persolvebantur, Legati autem
datis ad Papam literis die vigesima
octava Octobris hujus Episcopi mortem
non sine ingenti elogio nuntiabant, porro
defuncti Ecclesiam Sebastianus Lecca-
vela Naxiensis Episcopus obtinebat.

Ceterum illis Præsulibus, qui ad *Pall. c. 14.*
concinnanda dogmatum decreta selige- *num. 3*
bantur, supremi Servitarum, ac Jesui- *Vid. supra*
tarum Præpositi adjuncti fuere: post *s. XCIII.*
quam autem Canonum exemplar pro
more Oratoribus tradebatur, Galli sese
opponere septimo Canonem, in quo
anathema pronuntiabatur in eos, qui
Ordinationes ab Episcopis absque ele-
ctione, ac populi consensu factas, nul-
Hist. Eccles. Tom. XLV F f las,

Sæcul. XVI.
A. C. 1562. las, & irritas esse dixerint: hi ergo Oratores affirmabant, id adversari Francie consuetudini: idcirco habito Theologorum conventu Oratoribus declaratum quod Patrum mens in illis verbis fuisset, ut solum definiretur, vim Sacramenti ab assensu populari minime perdere: verum oratores cum clariorem explicationem cuperent, Patres eoinduxerunt, ut vox *Ordinationes* in vocem *Ordines* commutaretur. Ast hac Patrum indulgentia nondum contentio fuerat sopita; quippe Granatensis Archiepiscopus, cujus jam sæpius meminimus, semper contentiosius obstinuit, ac postea plures alios Episcopos concitabat, qui in sequentibus Patrum Congregationibus sese eidem adjungebant.

§. CVI.

Diversæ Patrum sententiæ circa Capita, & doctrinæ Canones.

Pallav. n. 6.
Sarpinus l. c. Ferventibus circa hanc controversiam diffidiis, interea alii Præsules consultatione habita Canonem circa Episcoporum institutionem approbavit, quin tamen ea de Jure divino declararetur, nonnullis hanc veritatem ab hæreticis minime negari existimantibus, aliis vero solum Papam a Deo fuisse institutum perperam censentibus: verum Jadrensis Archiepiscopus haud ignarus,